



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De monacho in choro frequentur dormitante, quem crucifixus in maxilla percussit & extinxit, cap. 38

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

natura eius, vt qui dormire non potuerit, & caput super illum posuerit, statim dormiat. Illam confusio- nem fecerat ei diabolus tempore pœnitentiæ, ve quotiens veniens ad ecclesiam, se super eundem lapidem causa orationis reclinaret, mox ei somnus obreperet. Simile verbum nobilis quidam, qui ob similem pœnitentiam fuerat in Hemmenrode, fertur dixisse: Molliores, inquit, sunt lapides oratorij Claustrij omnibus lectisternijs castri mei. Non poterat se continere, quin tempore orationis in illis dormiret. APOLLONIVS: Si non esset grauis culpa acedia in seruitio diuino, non nos ita diabolus ad illam sollicitaret. CAESARIUS: Quanta sit culpa huius vitij, pœna te doceat vnus acediosus.

## CAPVT XXXVIII.

**V**ix sunt duo menses elapsi, quod dominus Abbas Campensis retulit nobis de monacho quodam, qui semper in choro solebat dormire, rem terribilem valde. Nocte quadam, cum ex more dormiret alijs psallentibus, crucifixus de altari venit, dormitantem excitauit, & cum tanto nisu maxillam eius percussit, vt infra tertium diem moreretur. APOL. Stupenda sunt que dicis. CAES. Monachus acediosus nauseam Deo prouocat & angelis sanctis. Vnde cuidam acedioso in persona omnium per Ioan- nem dicitur a Christo: Vtinam frigidus esses aut calidus, sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. APOLLONIVS: Recordor te superius dixisse idem esse vitium tristitiam & acediam. CAESAR. Verum est, quia acedia est ex confusione mentis nata tristitia, ex hac nascitur malitia & desperatio, sicut subiecto tibi ostendam exemplo.

## CAPVT XXXIX.

**A**bbas de Brûsbach anno præterito retulit Ab- bati nostro têtationem quandam ex tristitia natura terribilem satis, sic dicens: In prouincia nostra quadam extitit puella nobilis ac formosa, diuitumque filia, quam cum pareres tradere vellent marito, requirit illa, dicens: Non nubam alteri viro, nisi spòso cele-

*Desperatio ex acedia oritur.*

N 3 sti Deo